

## Beiheft

2

S 174

1170.

Das Stift Flonheim verpachtet ein Gut.

[2]

174

C. In nomine sancte et individue Trinitatis. Notum sit omnibus fidelibus tam futuris quam presentibus, qualiter Wernherus filius Diderici de Flanheim abatem et fratres monasteri sancti Albani martiris adierit, quod ab eis preedium quodem (?) in Brunneheim, quod erat ad caritatem eorundem fratum constitutum, sibi suisque posteris in ius hereditatis concedi pecierit. Cuius petitionem abas et fratres iam dicte ecclesie benigne suscipientes, idem preedium ipsi et suis post eum heredibus ad septem uncias annuatim in festo sancti Andree apostoli persolvendas pariter constituerunt, hac premissa per alter . . . convencione, ut si ultra constitutum tempus denominatum sibi censum quatuor septemvis (?) supersederit ac reddere neglexerit, in predicto predio ius perdent hereditatis et ulterius in eo permanendi non habebunt potestatem. Hec sigillo beati Albani pro maiori cautela sunt signata et coram testibus subscriptis confirmata, quorum nomina sunt ista: fratres de claustrō dominus Hinricus abbas, Nibelungus prior, Drukindus, Cuno, Ditericus, Erpho; laici ipse Wernherus, Marquardus, Ditericus, Dragebodo de Flanheim. Acta sunt hec anno incarnationis Domini MCLXX, indictione III.

Orig. z. T. zerstört und deshalb an einigen Stellen nicht sicher lesbar. Siegel aufgedrückt, ist ab; Kyrburg Nr. 76.